

mirando dicere oporteat qui eiusmodi est
cum ps. Quam magna multitudo dulce.
et do. et c. hec consolatio conuenienter describitur. Ezech. xlviij. ubi de quadam arbore
beatum hominem delignante dicitur. fructus eius
non deficit. sed per singulos menses asserti
primitiva quia aque eius de sanctuano egre-
dientur. per hec primitiva spiritualis conso-
lacio accipitur. que bene sic dicitur. quia sic
primitiae sunt preanticipati fructus. sicut talis
consolatio est immaturus fructus celestium
gaudiorum. et hoc est quod subiungit. Aque
enim eius id est gratia consolationis de san-
ctuario id est de regno celorum egredietur
cum simile dicitur. ps. De corrente voluptatis
tue potabis eos. quem fructum per singulos
menses carpinus. cum interpolatis tem-
poribus talibus consolatoriis hic resouemur
et hoc est quod dicitur Ecclesiasti. vi. In op-
ere dei exiguum laborabis et cito edes de ge-
neratibus illius. Cur autem talibus primi-
cijs nutriamne statim subiungit. quoniam
aspera est nimium sapientia indoctis. et no-
manebit in illa excors. et quasi lapidis vit-
us probatio erit in illis et ideo non iu-
nctis est manifesta. et c.

De eodem sermo quartus.

Edificate mihi

Edificare domum et erit acceptabilis michi
Ezechiei. I. Dicit augustinus. quotiens alta-
ris vel templi festivitatem colimus. si dili-
genter et fideliter attendimus iuste et sancte
vivimus. quicquid in templis manufactis
agitur totum in nobis spirituali edificatio-
ne adimpletur. Nam ut ait gregorius. in pleris
que corporalibus instruimur. quid in spiritu
alibus sit agendum. In verbis ergo propo-
sitius duo intelligimus scilicet de cuiusdam
domus edificande exhortatione. secundo de
eiusdem domus edificate gratificatione. pri-
mum ibi. Edificate mihi domum. secundum
ibi. et erit acceptabilis mihi. Verum quia
multiplex est domus dei iuxta morem prin-
cipum terre qui multas habent domos. ideo
sermo currat in equivooco. distingueda
est domus dei. sciamus de qua domo edi-
ficanda nos dominus horatur. Propter

quod sciendum quod Deus qui habet in se mo-
re suo scriptum rex regum et dominus do-
minantium. septem habet domos scilicet
nalem. virginalem. singularem. mysterialez
sacramentalem. materialem et spiritualem.
Primum de prima domo scilicet eternali dicitur. ie.
O israel quod magna est domus dei et ingens
locus possessionis eius. Item iohann. xiiij.
In domo patris mei mansiones multe sunt.
De secunda domo scilicet virginali dicitur
in laude virginis. Dominus pudici pectoris
tem. re. et c. De tercia domo scilicet singula-
ti que est homo christus secundum homi-
num dicitur propter ex persona divinae lapi-
tie. Intravi in domum meam. quod unquam
factum est quando ingrediens in vice virginis
dominus est incarnatus. que domus ideo
singularis sive etiam personalis dicitur
quia non habuit similem neque patrem. De
quarto domo. scilicet materiali quod est ecclesia mi-
litans dicitur. Sap. ix. Sapientia edificauit
sibi domum. excidit columnas septem quae sunt se-
ptem scie super que fundata est ecclesia. De
quinta domo. scilicet sacramentali que est sacrum
corporis domini dicitur in ps. Zelus domini me
comedit me. quod est dicere. Amor comedibilis
leme fecit. De sexta domo. scilicet materiali quod est
quilibet ecclesia dicitur in ps. Domum tu-
am domine decet sanctitudo in longitudine die-
rum. De septima spirituali vice dicitur in ps.
Domine dilexi decorem domus tuo. hec septem
loca omnia dicuntur veraciter et sunt domus dei.
quaeruntur in eis habitat deus. De his septem dominibus
dei. I. Domus mea domini orationis voca-
bitur. quae in his omniis qui petit accipit et qui querit
inuenit et pulsanti apiebat. iuxta promissum
domini iesu christi. Quae autem singule iste domus dei
sunt et dicuntur veraciter domini orationis per
singula transcurrentia. Nam in omnibus deus et do-
minus adoratur. In prima domo
eternali deus ab inhabitantibus scilicet tri-
pliciter adoratur. scilicet ab affectu lau-
dationis. gloriarum actionis. glorificationis.
Nam de primo et secundo dicitur. Gratiarum
actio et vox laudis audietur in ea scilicet do-
mo eternali. De tertio pro glorificatione
corporum dicitur. Apocalypsa. Audiuim vocem oc-
culorum clamantium et dicentium. Glori-
ficationis filij scientes.

ea domine sanguinem meum. quod vt ait bernardus non faciunt cupidi vindicte. s^z vi eorum corpora de quorum sudore et labore tantam gloriam sunt consecuti eisdem gaudiis perfruantur. ut quod nunc est simplus ex adiunctis corporibus fiat duplum. propter quod eisdem sanctis et eorum clamoribus responderet deus dicens. **A**Idhuc sustinet modicum tempus. donec impleatur numerus fratrum restorum date sunt eis singule stole. hoc est solius anime gaudium. nec consumabuntur sancti quantumcumque dilecti deo quousque et nos ibidem fuerimus congregati. **P**rimam orationem laudis effundunt sancti ex lera dei visione secundam ex periculorum euasione terciam ex corporum defecione. **P**rimam dico orationem laudis effundunt ex lera dei visione. **V**identes enim deum facie ad faciem tot et tanta vident mirabilia et mirabilium innovatones ut in laudem dei toti totaliter se effundant. **S**ecundo post tergum vident se tot pericula evasisse infinitas laqueos transisse de fortissimis hostibus mundo carne temnibus triumphasse. hec omnia non propria virtute. sed tei virtute viciisse in gratia et actione toti totaliter se effundunt. **T**ercio orat deum ut eorum corpora assumantur videntes in speculo veritatis quod tantam gloriam de labore et sudore corporum sunt adepti et ideo ex omni affectu effundunt se in oratione ut ad eandem gloriam perfruendam ipsum cum corpora assumantur ut quod nunc est simplus in reliquum fiat duplum.

Secunda domus est uterus virginalis que similiter domus orationis vocatur. quod usque in finem seculi pro salute hominum interpellat. **A**d hoc enim est instituta ut cum vigor iusticie a maiestate egreditur volens damnare homines. ipsa in plena potestate posita rigorose opponat iterum dei suis orationibus in clementiam commutando. **S**unt autem tria que ad hoc faciendum gloriosam dominam nostram obligant debitum. scilicet gratie inventio. materna affectio. filii recommendatio. que tria tanquam fortissimi clavi ipsam cogant pro nobis misericordis exorare. **P**rimum cogens ut eam orationem

porfeat pro nobis filium exorare est gratie inventio. **N**am gratiam in qua conditi sumus per prevaricationem primorum parentum perdidimus omnes. quam maria teste angelo inuenit. **E**st autem in iure talis ecclesiastico quam civili dignum et conueniens ut qui rem alterius inuenit restituat ei. **S**e cunda causa cogens virginem matrem. est materna affectio que est et dicitur mater nostra. cum enim sui gratia filius eius dominus noster iesus dignetur nos vocare fratres dicens in ps. **N**unciabo nomen tuum fratribus meis et **M**ar. nunciate fratribus meis ex hac affinitate fratris nostri mater eius conuincitur esse mater nostra. ut secundum apostolum sit ipse primogenitus in multis fratribus. hinc de filio naturali dicitur. **P**erperit filium scilicet primogenitum. **S**cimus autem quod omnis mater naturali inclinatione filios diligit et desiderat eis bonum. **T**ertia causa fortissime cogens ad adorandum pro nobis est filii recommendatio. qui loco et tempore passionis in nomine iohannis qui gratia interpretatur nos ei recommendat dicens. **O**Julier ecce filius tuus. ac si dicat. **V**ide mater quid pro peccatoribus patior et habe tibi eos misericorditer recommissos. ne tanta amaritudo passionis mee in eis frustretur. hec recommendatione in suis visceribus ita est profunda. ut pro nobis omni tempore intercedat. unde quod iam dudum dictum est per **Esa**. **A**bsonde fugientes vagos ne prodas. hoc dictum est in cruce. **O**Julier ecce filius tuus.

O **T**ertia domus est et dicitur singularis. que est homo christus iesus que ideo singularis dicitur. quia non habet similes neque parentem. que iusta ratione domus orationis dicitur. quia pro nobis continue patrem interpellat cuius omnis vita quam habuit super terram nihil aliud fuit quam oratio pro electis. **O**bmissis autem orationibus quibus in monte pernoctauit. qua in agone anxius sanguinem sudauit. quod in cruce positus per persecutoribus exorauit. de sola ista oratione quam iohannes xvij. orauit ad patrem cum per passionem volens transiere ex hoc mundo orauit dicens. **P**ater venit hora. clausum

Sermo

rifica filium tuum ut filius tuus clarificet te. In quibus verbis cui sequentibus qua-
tuor maxima bona et optima dona pro no-
bis oravit ad patrem. scilicet ab omnibus
malis defensionem presentis vite sanctifi-
cationem. unionis perfectionem. eterne vi-
te glorificationem. **P**rimo dico oravit pro
nobis apud patrem omnium malorum defen-
sionem cum dicebat. Non rogo ut tollas
eos de mundo sed ut serues eos a malo.
Secundo oravit nobis prius vite sanctifi-
cationem cum dicebat. pater sacrificata eos
in veritate et sequitur. Et ego pro eis sancti-
ficio memetipm scz p suffertentiam passiois
ut sint et ipsi sanctificati in veritate scz p me-
rita passionis mee. **T**ercio oravit p nobis
unionis perfectio cum dicebat. Pater ser-
ua eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut siue
vnus sicut nos vnu sumus. et sequit. Non
pro his rogo tui. sed et pro eis qui credituri
sunt p xperibz eoz in me ut omnes vnum sint
sicut tu pater in me et ego in te. ut et ipsi vnu
sint in nobis sic et nos vnu sumus. Ego in eis
ut tu in me ut sint consummati in vnu. **Q**uar-
to oravit nobis eterne vite glorificationem
cum dicebat. Pater clarifica filium tuum ut
filius tuus clarificet te. ut omne quod dedi-
sti ei de te vitam eternam. Et quid tedit
filio pater? scz incarnari. labore conuersa-
ri. in cruce turbari. more multari. et hoc dat
nobis vitam eternam. nec bis orationibus
contentus. sed et oravit p nobis in celo di-
xob. Filioli nec peccemus. quod si peccaueri-
mus adiudicatum habemus in celo apud pa-
tem iesum xpm iustu. qui ena interpellat. p
nobis et ipse est propiciatio p peccatis nostris.
De his duabus orationibus matris et filij
dicit ber. Securum hest accessum ad de-
um o homo ubi mater ostendit filio pectus
et vbera. filius patri corpus et vulnera. nec
ulla potest esse repulsiva tot concurredit ca-
ritatis insignia. **Q**uarto Quarta domus
dei est et dicitur sacramentalis que est ecclesia
militans que pro filiis suis tam bonis quam di-
scolis supplicans incessanter orat. Orat au-
tem tripliciter scz pro peccatoribus ut con-
ueriantur. pro bonis ut in melius promoue-
antur. et ut mala aduersantia auferantur. De-

prima oratione dicitur in ps. **C**onuertere nos
deus salutaris noster. et de secunda ibidez
dicitur. **B**enefac domine bono. **D**e ter-
tia iterum clamat ecclesia. **A**lmonie a me pla-
gas tuas quia a fortitudine manus tue ego
defeci. increpationibus quia iniquitate cor-
ripuisti hominem. Et quia ecclesia sponsa
est christi. responsata ei ut dicitur. **O**ste in
fide septem sacramentis sacrificata grati-
ficata pariter et ornata. ideo ipsa pro luna re-
uerentia exauditur. **Q**uinta domus dei est
corpus christi. ubi vere deus sub speciebus
sacramentalibus tanquam in domo vir-
tute sue passionis pro nobis miseris quoti-
die molatur. tractatur. de qua domo dici-
tur in ps. **E**lus id est amor domus tue co-
medit me. hoc est commensibilem me fecit.
de qua ymolatione dicit **G**regorius. **S**in-
gulariter ad absolutionem peccatorum no-
strorum oblata cum lacrimis sacra altaris
hostia suffragatur. quia his qui in se surgens
a mortuis iam non moritur adhuc hoc per
hanc in suo mysterio pro nobis partitur. **H**a-
quotiens ei sue passionis hostiam offeri-
mus totiens nobis ad absolutionem nostra
passionem illius reperamus. **D**ec ergo do-
mus dei tripliciter p nobis orat scilicet pro
bis qui sunt in ecclesia. ut sacrificentur. p
bi vero qd sunt in purgatorio ut liberentur. p
saluans vero in celo gratiarum actiones ex-
hibentur. **I**n cuius figura sacra ho-
stia supra calicem in tres partes dividitur
quatuor vna pars mittitur inferius hoc est
in calicem ad suffragandum his qui sunt
in purgatorio. due vero partes tenentur su-
perius pro his qui sunt in ecclesia et in celo.
Sexta domus dei dicitur materi-
alis ex lignis et lapidibus fabricata. cuius
hodie dedicationem in hoc loco colimus.
Que similiter domus orationis vocatur. qd
populus ad hoc in ea congregatur ut simul
orantes facilius impetrant quicquid ibi
dem rite et rationabiliter fuerit a deo postu-
latum. quia impossibile secundum Grego-
rium est multorum preces non exaudiri.
Quia deus tam in veteri quam in novo testa-
mento pmisit verissime ut qcqd in dominibus
nomini suo dedicatis postulatus fuerit. hoc

sine omni ambiguo exaudiatur unde ter
cū Reg. quarto. dicitur q̄ cum salomon cō
plesset edificare domum dei. oravit ad domi
num di. Si peccauerit hō in p̄imum sibi
si fugerit p̄p̄ls tuus inimicos suos. si clau
sum fuerit celum. si aborta fuerit fames in
terra aut pestilentia aut corruptus aer. et in
fria. Si quis cognoverit plagam cordis
sui et expandit ad deum manus suas in hac
domo tu exaudiias in celo et repropiciaberis
vī des vnicuiq̄ secundum omnes vias si
cut videris coreius. quia tu solus nosti ho
minum corda et iusta. Apparuit dñs Salo
moni et dixit Exaudiui orationē quā depre
catus es coram me. Sanctificaui eñi mibi
domū hanc quā edificasti. vt ponere ibi no
men meum in sempiternū et erūt oculi mei
et cor meū ibi omnibus diebus. Sile in no
vo testamēto hec exauditōis ḡta firmissime
est promissa lu. xi. vbi d̄r Ego dico vobis.
Perite et accipietis. ac si dicat. Ego qui sū
veritas in p̄mittendo caritas in desideran
do. plena p̄tas in soluendo. perite et accipie
tis. querite et inuenietis. pulsate et ap. vobis
et subiugit. Omnis qui petit accipit et qui
querit inuenit et pulsanti aperietur. P
In quib⁹ verbis tria nobis insinuat que
orationes nostras faciunt efficaces sc̄z affe
ctionem orationem et opationem ut sit sen
sus. Omnis qui petit p̄ cordis affectionem
qui querit p̄ oris supplicatoꝝ. qui pulsat p̄
corporis opationem sine omni ambiguo ex
audit. Septima domus dei est aia rationali
lis q̄ sile domus dei dicit. quia aplūs dicit
xpm habitare p̄ fidem in cordibus nostris
que merito domus orationis vocabis. q̄ for
tissimas orationes fundit ad dñm. Veruz
q̄ omnes alie domus hucusq; dicte ppter
solam hanc domum sunt constructe dicente
apostolo. Omnia propter electos et quod
per inductionem te singulis domibus pat
subtiliter intuenti. ideo obmissis omnibus
alios domibus solum de hac domo que est
aia rationalis quomodo sit edificanda ve
fiat domus dei in sequentibus sermonibus
est dicendum adiuuante ielu christo et.

CXL.

De eodem sermo quintus.

EDificate michi
domuz et erit acceptabilis mibi
et supra. Habita in precedenti
bus de domus distinctione pariterq; domus
hic intente electione. Nunc videndum est d̄
electe domus edificatione. Nam de illa do
mo veraciter horatur nos dominus edifi
canda. eo q̄ priores domus dudū sunt edifi
cate nec earum edificatio in nostra residen
tia potestate. quippe quas solus deus proptet
nos miseros edificauit. sed anteq; edificare
incipiamus mouenda est questio hec. et sol
uenda. Q Cur dominus tam ab
solute nos moueat edificare cum ps. dicat
Hisi dominus edificauerit domum et cete
ra. quod enim frustra agitur. cur vt edifice
mus tam libere precipit? Ad quod dicen
dum. q̄ in quolibet bono opere duo oportet
concurrere. scilicet dei gratiam et liberum ar
bitrium. hoc est hominem operantem et de
um cooperantem. et ideo eadem bona ope
ra nunc aliquando a deo cooperare. aliquā
do ab homine operante fieri nuncianur.
Hinc est q̄ per apostolum dicitur. Deus
reddet vnicuiq̄ secundum opera sua. cum
per eundem dicatur. Deus qui operatur in
nobis et velle et perficere per bonam volun
tam. Hinc est q̄ alias dicitur. Et propin
quate domino et appropinquabit vobis. cu
alias dicitur. Nemo venit ad me nisi pa
ter meus traxerit eum. Item quid est q̄ per
ezechiel dicitur. Facite vobis cor nouuz
et spiritum nouum. cum ibidem dicatur.
Habo vobis cor nouum et spiritum nouuz
nisi q̄ in omnibus istis et similibus dei gra
tia et libertas arbitrij declaratur. que ambo
in quolibet bono opere conueniunt et con
currunt. Nunc ad edificium domus anime
accedamus. et quia secundum augustinum
vt supra patuit. Quicquid in templis ma
nufactris agitur torum in nobis spirituali
ter ad impletur. R Scimus aut q̄
domus materialis. primo edificatur. secū
do purgat. tertio p̄secrat. quarto adorna.
quinto in ea celebratur. sexto deus in tēplo
p̄nitat. Ideo ab edificatiōe dom⁹ inchoātes.
primo dicitur q̄ ad p̄secutum domus mate